

rrioritatis territorialis continentur. Ita Imperator Sigismundus Imperiali Eßlingæ anno 1433. concessit, daß die Stadt Eßlingen in der Plienshalden/ (utpote in proprio territorio) allerley Erß suchen und graben möge; Ubi eidem utique doctrinæ locus est, quam dissertatio citata d.l. exhibet.

T H. II.

De Jure
Statutario
Eßlingen-
si in gene-
re,

Intelligimus autem per Jus Eßlingense Statutarium in præfenti nostro Themate non Jus Civitatis Publicum & quod principaliter ad Statum & Utilitatem Reipublicæ Eßlingensis spectat, de quo §. *fin. Inst. de J. & J.* sed Jus privatum quod principaliter ad privatorum utilitatem spectat: de quo dictus §. *fin. Inst. de J. & J.* Quotiescunque enim sermo fit de Statutis Eßlingensibus von dem Eßlingischen Stadt-Recht communiter subintelliguntur illa Statuta scriptis comprehensa quæ agunt de Successionibus ab intestato, & vulgò vocantur & inscribuntur das Eßlingische Stadt-Erb- oder Verfangenschaft-Recht; quæ ut paucis multa comprehendunt, ita etiam non raro latiori explicatione opus habent. Et cum hoc Jus Statutarium olim ideò in dubium vocatum fuerit, quasi nunquam promulgatum seu publicatum fuisset, quod tamen præcisè ad validitatem Statutorum requiritur. *l. 9. Cod. de Defensor. Civit. & Novell. 66. Bald. cons. 382. lib. 2. gloss. & Dd. in cap. 2. X. de constit. Besold. Consil. l. 278. n. 66. & 67. Carpzov. lib. 1. Respons. Jur. Elector. 48. & decis. 3. n. 8.* Exactis tamen Eßlingensibus Publicis authenticis scil. Protocollis & Statutorum libris demonstratum fuit; Hocce Statutum in an. 1552. 1555. die homagii consueto an dem gewöhnlichen Schwörtag per modum Extractus post-